

342 pro salute | imp. Antonini Aug. Pii | et senati p[ro]populi R[oman]i | et Fuscini¹ leg[atus], | c. v., et leg[ionis] III | Aug[ustae] et auxiliis eius, Catius sacerdos Mauris² d[e] s[ecundu]s p[ro]ecunia | et locu[m] instituit quos coli | sub Statiano³ leg[atus] et Septimius au

Lambaesi (*VIII* 2637 partem vidit Wilmanns; ea quae inclinatis dedi aegre legit Renierus). — 1) Est L. Matuccius Fuscinus legatus pro praetore exercitus Africani a. 158 (*VIII* 2501. Eph. ep. 7, 764). — 2) Videntur intellegi dii Mauri saepe ius memorati in titulis Africanis. — 3) T. Caesernius Statius Quintius Statianus Memmius Macrinus legatus exercitus Africani a. 141, de quo vide titulum ipsi positum infra inter senatorios.

343 [i]mp. C[aes. divi] Had[riani f.], | divi N[erva]e¹ Traj[an]i P[arth. nep.] | divi Ne[rvae] pronep. T. Aclio [Hadriano] | Antonino [Aug. Pio pont ma]x., trib. po[t. . . . , cos. . . . , p. p.,] | rest[itutori It]aliae

Bononiae (duo fragmenta quorum alterum periit, coniunxit et supplevit Rocchi, XI 803). Putant stetisse in arcu una cum titulis M. Caesaris (XI 806), L. Commodi (XI 807), Galeriae Faustinae (cuius frustum esse volunt XI 808). — 1) Nerva, dictus divus Traianus, contra usum, ut *VIII* 5351.

344 pro salute | imp. Caesaris Titi Aelii | Hadriani Antonini Aug. Pii p. p., et | M. Alli (*sic*) Aureli Caesaris n.¹, | Genio coloniae Puteolanorum, | Chrysanthus Aug. disp. a fruminto (*sic*) | Puteolis et Ostis.² | L. d. decurionum permissu.

Puteolis rep., nunc Neapoli (XI 562). — 1) nostri. — 2) Cf. O. Hirschfeld Philol. 29, 1870 p. 77.

345 [e]x permissu optimi maximique principis imp. Caes. | T. Aelii Hadriani Antonini Aug. Pii [Ge]rmanici Dacici [po]nt. maximi, cos. IIII, t[ribunicia]e potesta[t] [I]l, p. p., pro[cos.], et M. Aelii [Aurelii Veri Cae]s. ceterorum[que] liberorum [eius | aquam magno u]sui futuram thermis | [cir]cuitum marm[oribus] | it pra | s et orn | lus colonia con | beneficiis eius au[cta] | us Val

Carthagine rep. fragmenta tabulae marmoreae complura, composuerunt Vernaz et Cagnat (Eph. ep. 7, 696). Valde offendit in hoc titulo quod Antonino dantur cognomina Germanici Dacici quae ille numquam gessit, sed Traiano propria. Tales cognominum permutationes vix umquam reperiuntur aetate meliore. Sed tamen reperiuntur cognomina Traiano propria translata in Hadrianum in titulo nuper reperto Lycosurae in Arcadia (ἀρχαιολ. δελτιον 1890 p. 45) hoc: αὐτοχράτορα Νέρονα Τραιανὸν Ἀδριανὸν Σεβαστὸν Γερμανικὸν Δασικὸν Παρθικὸν ἄριστον, αὐτοχράτορος Νέρονα Θεοῦ νιωνὸν, Τραιανὸν Θεοῦ νίδον, εὐεργέτην καὶ σωτῆρα τῆς οἰκουμένης, ἡ πόλις ἡ τῶν Μεγαλοπολιτῶν τὸν αὐτῆς κτιστηγ; item reperitur Hadrianus ἄριστος appellatus in titulo Cretensi edito Museo itil. di ant. class. 3 p. 748.

346 imp. Caesari Tito Aelio | Hadriano Antonino | Aug. Pio pontifici max., | tribunic. pot. XXIIII, | imp. II, cos. IIII, p. p.